COLLECTIO EPISTOLARUM VARIARUM

Oberitalien (Bologna?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 218r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

ut primo nomine pie promissionis nomen adveniat per quod experti-
ti filio et novercalem quodammodo dudum iniuriam in ipso
dicat recte mater etiam filii esse probetur. Invicem affectione
filius assumebat. Et ad presens filius e converso respondeat pro-
esse filius que nutritum uberi lactaverunt. Invicem obsequiis
pia naturitas requiescat. Datum est enim nobis e celo Innocen-
tii predestinatum sorte vocabulum quod prius nocentium contrahi consulta-
tius timeat et pie studeat innocentiam conservari. Quia propterea advo-
catum presentem Innocentium apostolice sedis antistitem presentem Co-
nradum Hen. Magistrum domus sancte Marie Theotonicorum in Ihe-
rusalem Ansaldum de aunia [?] Imperii ac Regnorum Ierusalem et
Sicilie amiratum magistros P. de Vineis et Thadeum de Suessa ma-
gne Curie nostre iudices et magistrum R. portacastelli decanum
Messanum Capellanum fideles nostros quos de latere nostro ad vestram pre-
sentiam destinamus vestre serenitatis nuncios et legatos concep-
te spem devotionis attendimus vel exponimus et in eorum affa-
tibus tam devote quam hylariter nos vestro conspectui presentamus
iidem non mittimus nisi tamquam consiliis voluntatis nostre devotio-
nis ad presentem veraces erunt interpretes tam nos quam potenti-
am nostram Imperium ac regna nostra et quidquid in bonis nostris consi-
stit vestris beneplacitis ad honorem ecclesie ac favorem eiusdem ecclesie lib-
ertatis constitutum cum deo salvis nostre ac honore Imperii et Regno-
rum nostrorum possimus obnoxius offerentes illam ad nos virtutem Reve-
rendi patris benivolentiam relaturi per nostram erga debitam patris
reverentiam ad animum honorificentiam filialem totis affectibus
ac expertis effectibus plusquam alius devotus filius effici-
mus ∴ f

.i. De bello et conflictu Mediolani et captione carrocii ac
potestatis eorundem

.ii. Regi Francie et aliis regibus et nobilibus super obsidione ci-
vitatis Viterbii

.iii. Petrus de Vineis principibus Alamanie super captione Carrocii
Mediolani missi ad urbem

.iiii. Ezelino super deditione Civitatis Favencie

.v. Principibus et universis fidelibus suis quo fuit debellatus
ante Parmam

.vi. Petrus de Vineis cuidam amico suo significat de continentia ex-
ercitus Imperatoris

.vii. Petrus de Vineis Imperatori super deditione cuiusdam Civitatis

.viii. Senatori et populo Romano inferendo eis graves minas

.viiii. Cuidam Comiti ut paret se ad prendendum cum ipso contra inimicos

.x. Regibus et principibus de proditoribus suis et pessimorum conflictu

.xi. Militibus suis ut de stipendiis non missis non murmurent promittit